Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Post me uenit uir tempus humanae natiuitatis intellegit. quo iohan
ne posterior est. Qui ante me factus est primatu regiae potestatis. quo
etiam anglis psidet intuiet. Quia prior me erat aeternitate qua patri ma
testatis coequalis intellegit. Post me uenit uir qui ante VI.
me factus est. quia prior me erat. Post me uenit humanitate qui ido
neus dignitate. quia prior me erat diuinitate. Et ego nesciebam
eum inquit. Certum est quia sciebat dnm iohannes cui testimonium per
hibet missus est. quem iudicem omnium uenturum predicabat dicens. Cuius
uentilabrum in manu sua. et permundabit aream suam. a quo spm scm da
ri debet testabatur. Ipse uos baptizauit inquiens spu sco. A quo scip
sum ablui desiderabat dicens. Ego autem debeo baptizari. et tu uenis ad me.
Quomodo ergo dicit et ego nesciebam eum. nisi quia eum quem antea nouerat per VII.
fectius iam cum baptizatum agnouit. Quem mundi saluatorem et iudicem
nouerat. huius potentiam maiestatis atque spu sco super eum descendentem cog
nouit. Neque enim dubitandum est quia beatus iohannes cum spm scm
licet corporali specie uidet. cum uocem patris licet corporaliter sonantem
meruisset audire. Multum ex hoc usu et auditu profecerit multum di
uinae potestatis excellentia reuelatis oculis mentis scientiae celestis ac
cepit. adeo ut ad comparationem intellegentiae qua tunc illustrari
coepit. cetenus illum quantus esset omnimodis sibi uidetur igno
rasse. Qui testimonium in quod missus est dno diligenter phibens adiun
git. Sed ut manifestaretur israel propter eum ego in aqua baptizans.
Quod est aperte dicere. Non ideo uenio in aqua baptizans quia peccata
mundi baptizando tollere possim. sed ut eum baptizando ac predi
cando manifestarem populo israel. qui in spu sco baptizans ad tollenda
peccata non solum israel sed totius mundi si credere uoluerit idoneus
est. Propter eum ego in aqua baptizans. ut sic baptizando illi uiam
preparem. qui baptizaret in remissionem peccatorum. Et testimonium